

uocatur vsque ad legitimam. Item ibi donatio venit reuocanda per tit. de inofficiof. donatio. non reuocatur ipso iure ex praesumpta mente donantis. De istis tribus com. opinionibus vide in collect. mea commu. opin. verb. donatio, num. 7. 8. 9. Item donatio inofficiofa re, & consilio facta extraneo, an in totum reuocetur? vide per Tiraq. in l. si vnquam C. de reuoc. dona. f. 306. & Franc. Aret. conf. 47. Nec reuocatur a filiis per actionem Caluisianam, siue Favianam per Cor. conf. 78. col. 8. vol. 2. Item donatio tanquam inofficiofa reuocatur, quando etiam filius habuit legitimam suam titulo donationis: puta, mater donauit simpliciter filio suo centum, & postea donauit residuum bonorum pio loco; nam filius querelae potest, quia donatio sibi facta haud imputatur in suam legitimam: vide per Soc. in conf. 18. & seq. vol. 4. Vltimo scias quod donatio etiam inofficiofa ad pias causas reuocatur saltem vsque ad legitimam; vide per Iaf. in conf. 141. vol. 4. Item vide per Dec. in conf. 297. col. 1. vers. secunda cocl. 10. sit. Gouean.

b Distinguedi sunt nonnulli casus. De distinctione horum casuum videndus quoque est Petr. Nic. Moz in tract. de donationib. tit. vlt. n. 91. Illud autem euidens est quod inofficiofa donatio non solum parentum, sed & liberorum reuocetur; si nimirum adeo immoderata sit, immodica, & immodica, vt liberis, aut parentibus legitima non sit relicta siue in extraneos, siue in liberos, siue in parentes collata sit donatio. De liberis est l. 1. & fere totus tit. C. de inofficiof. dona. De parentibus est l. si filius. C. eod. tit. Sed in quaestione vocatur: ecquid hoc reuocanda istius donationis beneficiu competat etiam fratri, consanguineo, siue Germani donatione inofficiofam? Et competere, verius est. Cu tenim hac inofficiose donat. querela ad similitudinem querelae inofficiof. testamenti sit introducta. d. l. si filius. 4. in fi. & l. vlt. C. de inofficiof. donationib. consequens certe est, & hanc frat. consanguineo dari: cum etiam inofficiof. testamenti querela non denegetur, turpibus personis institutis. l. fratres. 27. C. de inoff. test. Atque ita sentit Donellus lib. 19. Comment. de iur. ciu. c. 11. pag. 321. cumq; citans D. Bocer. in Commen. de donat. c. 3. nu. 105. edit. 2. Harprec.

qua disputatione mentionem facit, & illum appellat Iureconsultum acutissimum D. Rubens Alexandrinus conciuus meus, in epistola unucupatoria posita ante repetitionem, quam edidit super d. S. Imp. vbi eleganter tractat hanc materiam, & dicit, quod in illis circulis orta fuit contentio inter ipsum D. Ruben, & patrem meum, quem appellat Senatorem dignissimum, & Iureconsultum praestantissimum.

Scire debes, quod ad reuocandam donationem, vltra remedium l. si vnquam, de quo in praecedentibus quaestionibus, est etiam a iure prodita querela inofficiose donationis, de qua toto titulo, C. de inoff. donat. & in d. S. Imper. Vt ergo bene intelligas hanc materiam, distinguendi sunt nonnulli casus. Aut enim quis donat extraneo omnia sua bona, vel eorum partem, quam verisimiliter, si de filiis cogitasset, non donasset: hoc casu per remedium d. l. si vnquam, ipsa donatio superuenientibus filiis donatarij in totum reuocatur, vt dixi in praecedenti quaest. per totam quaest. Aut vero pater habens vnum filium, illi donauit omnia bona, vel eorum partem, quam verisimiliter non donasset, si alios filios suscipere cogitasset: hoc casu si alij superueniant, reuocatur vsque ad legitimam tantum. Et ita procedat tex. in l. si totas, C. de inoff. donat. vbi dixi supra q. 22. versic. Secundo inferitur. & haec duae reuocationes fundantur super verisimili mente donantis.

Aut vero quis non agit ad reuocationem donationis, sub praetextu, quod verisimiliter donans si de ipsis filiis cogitasset, sed donationem non fecisset, sed tanquam quod donatio ipsa sit inofficiofa, & intellige, quod donatio tunc dicitur inofficio-

c Nunquam reuocatur, nisi vsque ad legitimam aliorum filiorum. Quod inofficiofa donatio parentis vni ex filiis facta, non tota reuocetur, sed tantum pro ratione legitimae reliquorum filiorum, liquido apparet ex d. l. ibi, quartam partem non habentibus, l. 2. ibi, vt tibi quartam partem debitam ab intestato portionis praestet incolu-

mem, l. si totas, ibi, debium bonorum subsidium, l. si mater 7. ibi, vt quarta partis, leg. si liqueat. 8. in prin. ibi, pro ratione quartae. C. de inofficiof. donationib. Quae sententia & hoc argumentum confirmatur: Ad subiuuendam inofficiof. testamenti querelam sufficit legitimam liberis esse relictam d. l. si totas 6. & d. l. si mater 7. C. d. tit. Ast. ad similitudinem querelae inofficiof. testamenti introducta est querela inofficiose donationis, d. l. 2. d. l. 4. in fin. & d. l. vlt. C. eod. Ergo non in solidum, sed ratione tantum legitimae immoderata isthaec donatio rescinditur. Et sic, post Clarum nostrum, & ab eo citatos, tenent Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 38. & obseruat. 116. num. 4. Donel. d. lib. 19. Comment. de iur. ciu. c. 11. pag. 314. & seq. Hofque al legans D. Bocer. d. c. 3. nu. 105. & seq. vbi Anton Fabri lib. 3. coniecit. iur. cap. 17. & aliorum dissentientia argumenta abunde refellit. Eadem & nos diluimus ad §. alia autem 2. Infit. de donat. numer. 138. & seqq. Enimvero si filius & re, & consil. fit inofficiofa parentis donatio in ex raneum collata, in totum reuocatur, & rescinditur. Atque ita, praeclarum nostrum, & Giacharium, alioque ab ijs laudatos, docent Doctores communiter, vt testatur Emanuel Soares in theaur. recept. sentent. sub lit. D. in ver. donatio. num. 251. Bocer. d. c. 3. num. 107. & Mozzius in tract. de donationib. sub tit. vltim. num. 91. & seq. vbi omnia illa, quae Clarus hic tradit, pene, ad verbum expedit, & comprobatur.

Illud porro hic addendum: quod si actio, qua reuocatur inofficiofa donatio, est vel actio familiaris eriscundae, si pater in vnum ex filiis familias omne suum patrimonium quoddam immodice liberalitatis impetu effudit, dicit. leg. secunda C. de inofficiof. donationibus vel est petitio restitutionis in integrum, si donator ob minorem aetatem patrimonium suum donatione exhaust. dicit. leg. si filius 4. vbi Sichard. C. d. tit. vel est querela

inofficiofa re tantum, reuocatur in totum. Ita tenet Bart. in d. S. Imper. num. 1. & est communis opinio, vt ait Picus in l. post contractum, post nu. 3. ff. de donat. Betran. consil. 179. post. num. 8. lib. 2. in 2. parte: faciunt, quae dixi supra, quaest. prox. in d. vers. Secundo inferitur. Aut vero est facta extraneo, & tunc si est inofficiofa re tantum, reuocatur solummodo vsque ad legitimam. Tex. est in l. 1. 2. & 3. C. de inoff. donat. Si vero est inofficiofa re, & consilio, reuocatur in totum. Ita tenet Bart. in d. S. Imperator, p. si nu. 1. & est communis opin. vt dicit Aret. conf. 47. post. nu. 3. Socin. inter consilia Curtij sen. conf. 2. num. 1. Iaf. in Authen. vnde dixi in praecedenti quaest. C. de inoff. test. Picus in d. l. post contractum, nu. 6. Curt. sen. consil. 3. nu. 39. Paris. conf. 72. num. 28. & seq. lib. 1. & conf. 73. nu. 26. & seq. eod. vol. Nat. conf. 126. nu. 3. Soc. iun. conf. 67. lib. 2. Dicitur autem donatio inofficiofa re, & consilio, quando pater ex proposito illam facit ad prauidendum filiorum, & sic vltra legationem, qua re ipsa interuenit, concurrat etiam animus, & consilium paternum in damnū filiorum. Et haec nota ad intelligentiam terminorum, quos multi ignorat.

Haec autem omnia, quae superius dicta sunt de inofficiof. donationibus reuocandis, locum habent non solum in donatione simpliciter facta, sed etiam in donatione

querela inofficiose donationis, l. cum donationibus 6. ibi, vt sit in hoc actionis, &c. C. d. tit. Et quidem est actio in rem: cum ad similitudinem querelae inofficiof. testamenti sit introducta, dicit. leg. 2. 4. & vlt. C. de inofficiof. donat. quae & ipsam in re actio est, l. qui repudiantis 17. in prin. ibi, non recte vindicasset, ff. de inofficiof. test. D. Bocer. d. Comment. de donat. c. 3. num. 108. & class. 2. disput. 19. th. 46. & seq. Harprec.

d Iuramento confirmata: aduc enim potest non obstante iuramento reuocari. Ita dicit Bart. in d. S. Imperator. num. 5. & est communis opin. a qua nemo discrepat, vt ait Curt. sen. in d. conf. 1. nu. 15. quem refert Didac. lib. 1. resolu. c. 19. vers. ceterum. Cum enim dispositio tituli de inoff. donat. sit introducta a fauore filiorum, non debet patris iuramentum in eorum prauidicium aliquid operari.

e sed quid si pater ipse filio aliquid relinquit, nunquid poterit adhuc donationem inofficiofam extraneo factam in totum reuocare? Resp. quod no: sed hoc casu solummodo reuocatur vsque ad legitimam. Ita dicit Bart. in dicit. S. Imperator post nu. 1. & est communis opin. vt attestatur Bertrand. consil.

38. nu. 3. lib. 1. in 2. part. Sicut etiam videmus, quod filius, cui aliquid est titulo institutionis relictum, etiam minus legitima, non potest testam. impugnare, sed tantummodo petere ipsius legitimae supplementu, vt dixi sup. lib. 3. §. testamentu. q. 38.

Et haec quidem conclusio locum habet in his tantum, quae pater donationis titulo in aliu transtulit: sed si pater aliquid alienauerit titulo oneroso, eo casu non est locus reuocationi. Et licet Bart. in l. non vsquadeo, post n. 1. ff. si quis a parente suo sine man. tenuerit contrarium, §. quod imo potest reuocare saltem vsque ad legitimam: tamen magis communis opin. est, quod nullo modo potest reuocare, neque vsque ad legitimam. Et ita hanc opin. contra Bart. dicit esse communem Rub. in d. S. Imperator, num. 30. & seq. ff. de leg. 2. Picus in d. l. post contractum num. 13. circa fin. & num. 15. vbi loquitur etiam quando fraus patris in ipsa alienatione interuenit. Quae tamen conclusio mihi sepe visa fuit nimis rigorosa: & ideo vbi appareat, quae ille tertius fuisset particeps fraudis, libere inclinarem in sententiam Bar. vt s. esset locus reuocationi, saltem vsque ad legitimam. Et haec opin. aequior est, vt omnes fatentur

QV AESTIO XXV. SVMMARIA. Ex Claro.

- 1 Donatio ob causam causa non secuta ipso iure reuocatur.
 - 2 Donatio causa mortis potest quandoque reuocari.
 - 3 Et quid si post reuocationem donator sine haerede deceaserit.
 - 4 Et an propter conualescentiam donantis censetur reuocata donatio causa mortis.
- Ex Additionibus.
- 1 Donatio ob causam, cessante causa, ipso iure reuocatur.
 - 2 Donatio propter nuptias quatenus reuocetur.
 - 3 Mortis causa donatio quomodo resoluatur.
 - 4 Quando reuocetur ipso iure.

A DDITIONES.

a Donatio ob causam.] Et donatio quando vere dicatur ob causam, vide per Crauet. in consil. 103. in prin. 85. & 306. Dec. in l. vt libertis, colum. fin. C. de colum. Nec dicit proprie donatio per Crauet. dicit. consil. 85. & 136. & vide per Natta in consil. 609. numer. 6. Nec requirit insinuationem, vt per Cephal. in consil. 272. nu. 128. Differt. etenim ab alijs donationibus, vt per Tiraq. dicit. leg. si vnquam. fol. 174. An dicatur illa, quae fit in praemium emancipationis? vide ibid. Et haec donatio pacto nudo producit actionem, vt per Ruius consil. 54. Item dicitur donatio ob causam, quando fit per patrem dotis causa: secus si per extraneum, vt per Iaf. 171. lib. 4. Et scias quod donatio ob causam filio a patre factam ei debet in legitimam computari. Istam regulam quinque limitationibus vide per Duen. reg. 222. fol. 217. & vltra limitationes enunciatas ibid. limita etiam vt per Crauet. in conf. 85. numer. 6. & 7. & an donatio facta ob causam propter benemerita seruitorum praefitorum, & praestandorum possit reuocari, vidi per Marti. Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

QV AEST. XXV.

Prater has reuocationis causas, de quibus praecedentibus quaestionibus tractatum est scire etiam debes, quae donatio, ob causam, si causa non est secuta, ipso iure reuocatur, & donanti competit rei vindicatio. Text. est in leg. 1.

Angui. in conf. 79. numer. 37. Item vt dicatur facta ob causam requiritur, quod sit facta ob causam necessariam, quae excludit liberalitatem, vt per Roland. in consil. 70. num. 7. vol. 4. & 44. numer. eod. vbi tamen in 1. dub. tenet per plura donationem filio factam a patre ob causam matrimonij haud dici simplicem, sed ob causam finalem, ut matrimonium fortiter effectum, & in 2. cap. consultus etiam respondet, huiusmodi donationem imputari filio in legitimam, & contraria diluit. Et dixi supra. Giac.

Donatio ob causam, si causa non est secuta ipso iure reuocatur. Quod si donatio ob causam, cessante, & deficiente causa ipso iure reuocetur, & donanti rei vindicatio competit, post Clarum nostrum, tradit Petrus Nicol. Mozz. in tract. de donationib. tit. vlt. quomodo annullatur, & reuocetur donatio. n. 17. ubi n. 18. subiicit, quod si donatio propter nuptias non reuocetur, nisi morte, uel adulterio. l. ult. §. inter causas 2. C. de repudijs, &c. Harprec.

Potest a donatore quandoque reuocari. Fallit, si in ea appositum sit pactum de non reuocando; quia tunc transit in contractum inter uiuos, per tex. in leg. ubi ita donatur ff. de don.

Q 2 don.

don. causa mort. & ita expresse consiluit. Alex. conf. 14. num. 2. vol. 1. eandem opin. tenet lafon in l. que dotis, num. 3. ff. solut. mat. Bald. l. 2. C. de iure dor. *Gouan.*

Donatio causa mortis potest a donatore quocumque reuocari. Reuocatur, & resolutur mortis causa donatio, vel ipso iure, vel donantis contraria voluntate subsequente, docente Dn. Collega Bocerio in Commentar. de donationib. cap. 5. nu. 53. edit. 2. Ipso iure hæc donatio reuocatur finito periculo mortis, cuius metu facta fuit. §. mortis causa 1. Instit. de donationib. leg. non omni 19. in prin. ff. de reb. credit. leg. cum quis mortis 12. ff. de conduct. caus. dat. causa secuta, l. 1. in princ. l. 2. in fin. ff. de mortis causa donationib. Ea quippe conditio donatio facta fuit, si eo casu, cuius contemplatione fuit facta, vitam amiserit donator. Sub contraria igitur conditione reuocari isthæc donatio censetur. l. quib. 40. §. 2. & l. aliquando 107. ff. de condit. & demonstrationibus Idem statuendum est de donatione, quam quis in morbum grauem, & periculosum delapsus facit, si ab ista infirmitate reconualuerit, & liberatus fuerit, d. l. non omni 19. in princ. ibi, veluti si donator non reconualuerit, vbi Bart. las. Alciat. & reliqui DD. ff. de reb. credit. R. in. ad §. 1. tit. Instit. de donationib. in verb. si peruixisset nu. 1110. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 37. nu. 3. & seqq. Reuocatur præterea mortis causa donatio ipso iure, si donator poena capit afficiatur, l. si aliquis 7. ff. de mort. causa donat. Cuias. lib. 12. respons. Papien. pag. 520. & seq. D. Bocer. d. cap. 5. nu. 54. vers. reuocatur ite, &c. Deniq; hæc donatio ipso iure resolutur, si donator viuo donatore moriatur, d. §. 1. Instit. de donationib. d. l. non omni 19. ff. de reb. credit. d. l. cū quis 12. ff. de conduct. ob caus. dat. Menoch. d. præsumpt. 37. nu. 43.

Donantis si subsequente voluntate contraria reuocatur, & dissoluitur mortis causa donatio, si penitentia donatorem factæ donationis. l. qui mortis 30. ff. de mort. caus. donat. D. Bocer. d. d. cap. 5. nu. 55. Quæ penitentia duobus modis, videlicet aut expresse, aut tacite fieri solet. Expresse quidem: si donator aperte significet, se factam donationem reuocare, & nolle, vt ea subsistat. Huiusque penitentia declarationem duobus testibus probari potest, tradit Dec. in d. d. leg. non omni 19. in prin. numer. 9. ff. de reb. credit. & conf. 505. numer. 5. quem referendo sequitur Thadeus pifo libro 4. var. resolut. cap. 5. numer. 2. Alij vero dissentiunt, & quinque testium numerum desiderant. Alciat. in l. 2. numer. 17. in fin. ff. de legat. & Natta consil. 578. numer. 579. eosque laudans Menoch. d. d. li. 3. præsumpt. 37. numer. 11. & seq. Prædicta tamen conclusio non procedit, quando donator sine hærede decessit. Tunc enim penitentia nihil operatur: quoniam nemo est, qui reuocationem obijciat. Itaque licet donatio per penitentiam reuocata sit: in effectu tamen pro reuocata non habetur: & per consequens firma manere debet: cum si paria sint, quid valere, vel esse nullum, & de nullitate dici non posse. Ita, præter Clarum nostrum hic numer. 3. sentiunt Hipp. R. in. in princ. Instit. de donat. numer. 1034. Michael Grassus lib. 1. recept. sent. §. donatio causa mortis, quæst. 2. in num. 3. Mozzius d. tract. de donationib. tit. vlt. n. 5. D. Obrechtus disput. 4. de donationib. th. 220. cum seqq. &

Thadeus Pifo d. lib. 4. var. resolut. c. 5. nu. 3. seq. vbi differentiam quos ipse refert, argumenta diluit.

Ceterum tacite hæc mortis causa donatio resolutur rursus duobus modis. Primus est; si donator rem donatam, nulla urgente necessitate, voluntarie alienauit, l. vxori 22. & l. cum hic status 32. §. si maritus 5. ff. de donacionib. inter vir. & vxor. Atque ita post Clarum hic nostrum, & per eum allegatos, docent Menoch. d. lib. 3. de præsumptionib. præsumt. 37. numer. 13. Dominicus Card. Tulsus tom. 2. præct. conclus. lit. D. conclus. 710. num. 8. D. Bocer. d. cap. 5. nu. 58. D. Obrechtus d. di. sp. 4. thes. 222. Schneidevvin. ad tit. Instit. de donationib. rubr. de mort. caus. donationibus, num. 22. Pifo d. lib. 4. cap. 5. nu. 17. cum seqq. & Matthias Berlich. conclus. practicabil. parte 3. conclus. 2. num. 43. & seq. Quod sane pronuntiatum non sic inuicem & simpliciter intelligendum est sed tum demum procedit, si rei donatæ specialis dispositio facta sit: scilicet, si dispositio generalis fuerit, vt hæredis institutio vniversalis. Etenim si donator aliquem omnium suorum bonorum hæredem in testamento instituit: per hanc subsequentem hæredis institutionem donatio mortis causa reuocata non censetur: sed donator potius hæredem institutum ad presoluendum id, quod promiserat, attingere non uult intelligitur. Ita concludunt Aret. conf. 74. numer. 11. Purpurat. conf. 42. numer. 25. Crauet. conf. 144. nu. 10. & conf. 234. numer. 1. Didacus Couar. in rubr. extr. de testam. parte 3. numer. 19. Cacheran. decis. Pedemont. 117. col. ult. Mant. de coniectur. ult. uolunt. lib. 12. tit. 17. numer. 6. Butsat. conf. 136. numer. 152. Decian. conf. 74. num. 46. uol. 4. Harman. Pistoris q. 8. num. 38. & num. 119. lib. 3. huiusque referens

Berlichius d. part. 3. conclus. 2. num. 44. Alter modus est: si inter donatorem, & donatarium graues inimicitia superuenierint. Si enim ex hæc causa legatum tacite reuocatum intelligitur, l. si quis ita 3. §. ult. ff. de adimend. uel transferend. legat. cur non etiam intelligitur mortis causa donatio reuocata, quæ ad legatum exemplum est redacta? l. illud generaliter 37. in princ. ff. de mort. caus. donationib. Berlich. d. d. conclus. 2. nu. 45. & seqq. Neque refert, an inimicitia illæ superuenierint cupla donatoris, uel donatarij: ut contra alios, quos refert, ostendit Menochius d. d. libro 3. præsumpt. 37. numer. 21. & seqq. item Thadeus Pifo d. d. lib. 4. var. resolut. cap. 5. numer. 25. uerf. contrariam igitur sententiam, &c. nec non D. Bocer. d. cap. 5. num. 62. Plura huc pertinentia tradidi ad §. 1. nu. 78. & seqq. Instit. de donationib. Harpre.

Sed nunquid ob conualescentiam donationis reuocata censetur donatio causa mortis? De hac questione uide etiam Grassus d. lib. 1. recept. sentent. §. donatio causa mortis, quæst. 21. numer. 2. Emanuelem Soarez. in thesaur. recept. sentent. in uerb. donatio, numer. 295. Gomefion tom. 2. var. resolut. c. 4. uerf. 19. Pisonem d. cap. 5. nu. 17. Menoch. d. præsumpt. 37. numer. 5. & Mozzium d. tract. de donacionib. tit. ult. nu. 97. & seqq. Porro quæ actio pro donatione causa mortis competat, satis superq; explicat Fuluius Constantinus ad princ. tit. Instit. de donat. num. 21. & Thadeus Pifo d. lib. 4. uariar. resolut. cap. 6. per totum. Harpre.

IULII CLARI ALEXANDRINI I. C. LONGE CLARISSIMI.

ET PHILIPPI II. HISPANIARVM REGIS Supremi Consiliarij, ac Regentis dignissimi.

Ex Libro Quarto Sententiarum Receptarum.

S. EMPHYTEVSIS.

CAPITA QUESTIONVM.

Emphyteusis quid differat à contractu libellario & censuali. Q. 1.
 Emphyteusis an si contractus nominatus. q. 2.
 In contractu emphyteutico an requiratur, quod à principio præstetur certa quantitas. q. 3.
 In contractu emphyteutico an requiratur scriptura. q. 4.
 Vassallus an possit concedere in emphyteusim bona feudalia. q. 5.
 Prelatus an possit bona ecclesiæ concedere in emphyteusim. q. 6.
 Et quanti temporis solutione præsumatur emphyteusis præcessisse. quest. 7.
 Emphyteuta tenetur soluere canonem, alias cadit à iure suo. q. 8.
 Et an cadat ipso iure, an autem requiratur declaratio. q. 9.
 Dominus recipiendo pensionem an censetur remisisse caducitatem. quest. 10.
 Dominus an possit post declaratam caducitatem ingredi propria auctoritate rem emphyteuticam. q. 11.
 Quo tempore sit soluenda pensio. 12.
 Emphyteuta non potest alienare rem emphyteuticam domino irrequisito. q. 13.
 Et an possit eam cum alijs emphyteutis dividere. q. 14.
 Et an possit illam alteri legare, aut donare. q. 15.
 Et an possit illam prolegare vni ex filijs, vel aliter in ea illis præiudicare. q. 16.
 Et an possit illam sine consensu domini permutare. q. 17.
 Et an pignorare, vel hypothecare. q. 18.
 Et an locare. q. 19.
 Et an concedere in emphyteusim. q. 20.
 Et an constituere seruitutem in fundo emphyteutico. q. 21.
 Emphyteusis an possit alienari in potentiorum. q. 22.
 In alienatione rei emphyteuticæ soluendum est domino laudemium. quest. 23.
 Emphyteuta propter alienationem rei emphyteuticæ cadit à iure suo. quest. 24.

Emphyt. interuentis possessione domini, an cadat à iure suo. q. 25.
 Emphyteuta an possit expelli propter deteriorationem. q. 26.
 Emphyteuta cessans per triennium in solutione canonis cadit à iure suo. q. 27.
 Emphyteusis an transeat ad extraneos hæredes. q. 28.
 Emphyteusis an transeat in fiscum. q. 29.
 Filij naturales an succedant in emphyteusi. q. 30.
 Legitimi an succedant in emphyteusi. q. 31.
 Femina an succedant in emphyteusi. q. 32.
 Emphyteusis an transeat in monasterium. q. 33.
 Quomodo intelligatur in concessione inuestitura tertia, vel quarta generatio. q. 34.
 In emphyteusi concessa pro se, & filijs, & nepotibus, quo ordine succedatur. q. 35.
 Nepos ex filia an succedat in emphyteusi. q. 36.
 Emphyteusis an transeat ad filios, etiamsi non sint hæredes. q. 37.
 Et an transeat ad institutum in re certa. q. 38.
 In emphyteusi nunquid locum habeat ius accrescendi. q. 39.
 Filius an teneatur paternis creditoribus de emphyteusi satisfactore. q. 40.
 Argumentum eueniens in re emphyteutica cui cedat. q. 41.
 Emphyteusis quomodo finiatur. q. 32.
 Finita emphyteusi, an possint filij, vel agnati petere renouationem inuestituræ. q. 43.
 Emphyteusi finita, an possit dominus ingredi rem emphyteuticam propria auctoritate. q. 44.
 Finita emphyteusi cui remaneant melioramenta. q. 45.
 Emphyteuta an teneatur ad collecta. q. 46.
 Quæ actio competat pro emphyteusi. q. 47.
 Iura ciuilia loquentia de emphyteusi an habeat locum in emphyteusi ecclesiastica. q. 48.
 Bona emphyteutica an possint dici allodialia. q. 49.
 50 Argumentum de fundo ad emphyteusim, & contra, an procedat. q. 50.



Reuocabitur hic Tractatus, vt opinor, omnium expectatione. Etenim hæc Emphyteusis materia fere vbiq; frequens, & quotidiana. Sed huius rei duo præcipue in causa fuere. Primum; quod ex his, quæ ad hanc materiam pertinent, aliqua in feudilibus Questionibus à nobis tractata sunt; Alterum, quod alicui forte mirum videbitur, quod Alexandria nulla fere est domus, nulla area, fundi vero paucissima, hoc Emphyteusis vinculo obstricti, atque inde euenit, vt cum in hac materia nunquam de facto consultus responderim; aut iudicauerim, in hoc Paragrapho ea tantum scripta sint, quæ in tumultuaria lectione obiter occurrerunt. At vero in hac Mediolanensi Urbe nihil aliud sonant ius dicentium palatia, quam Emphyteutorum canonum solutiones, & protestatas superinde caducitates.